ORATIO 2a

Exornatiua De S: Eusebio S: Galli monacho et Martyre

XXXVI.

Percussus sum ut fœnum Psal:

Si abominanda quæq scelera, si pestiferos animorum morbos
perscrutari, singulos cognoscere, expendereq voluerim, timeo pro,
fecto, nullum tam omnib; inuisum, tam detestabile cunctis quam
pessimum ingratitudinis scelus inueniri posse, Deus ipse ter
Opt: Max: quantum non istud abominatur, mortales omnes nihil
acerbius nihil impatientius ferre solent, quam belluinam ingrati
tudinis iniuriam, quin imo ipsa etiam bruta, quæ nullum
omnino rationis usum possident, odisse videntur, cani si exigu,,
um panis frustulum obicias, quæ gratitudinis argumenta,
quam plena beneuolentiæ signa non ille rependet, gallinas
quis non vidit sorpta rostello tantillum aqua mox ad Cælum oc,,
ulos quasi largitori Deo gratias acturas eleuare? quid vero Andr,,
ocli leone gratius? qui ob extractam olim spinam benefact,,
orem suum quem deuorare, dentibusq conterere debuerat, supplex
etiam et blandus in vita conseruauit, quid autem ~~[illegible]~~
beneuoli Stud: si uerum fateri volumus, quid nos aliud sumus,
quam quidam ut ita dicam catelli? qui panem è paterna Galli
dulcissimi parentis manu accipimus? quid aliud quam quædam
veluti gallinæ, quæ potum nostrum è liberalissima Othmari
Patris lagena haurimus? quid aliud deniq quam quidam velut
Androcli illius leones, qui spinis tentationum saucii, qui